

tem, nunc ad æqualitatem inæqualitatem
 tem reducit. Quam Græci ἀναλυσις ap-
 pellant, explicationem rei compositæ,
 & ad simplicia quædam reuocationem,
 Quæ iam erunt στοιχεῖα, id est elementa.
 Cuiusmodi esse vult autor æqualitatem.
 Vocat autem æqualitatem, eos
 quasi fundos & radices, in quibus est
 expositio æqualitatis, qui sunt Græcis
 πυθμένες. Ita vnum quoque & duo, facit
 prima elementa eius quod simpliciter
 & per se quantum dicitur. Cum ab vno
 no imparia, & à duabus paria proueniant.
 Attente autem ad vocis mentionem
 addidit epithetum ἐγγεγραμμένον.
 vt ita intelligatur vox, cuius sonus perscribi
 seu litteris designari possit.
 Cum & bestiarum & hominum voces
 aliquæ à scriptura alienæ sunt, id est, ἀ-
 γράμματοι, quæ sua elementa non habent.

Quam ἐφοδὸν vocat autor, id est,
 viam tractationis propositæ, eius exemplum
 tale esse potest: Vt, si ratione sese
 qui extent termini 4. 6. 9. dematur de

N 3 terminis